Universitätsbibliothek Paderborn

Vita Reverendi Patris Martini Stredonij Soc: Jesu

Schwertfer, Wenzel

Pragæ, 1673

Protestatio Autoris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43132

PROTESTATIO
AUTORIS.

CUm SS. D. Noſter URBANUS PAPA VIII. Die 13. Martij, Anno 1625. in Sacra Congregatione S. Rom: & Univerſalis Inquiſitionis, Decretum ediderit; atq; iterum Die 5. Junij, 1631. ità explicuerit, ut in Editione Librorũ non admittantur Elogia Sancti *vel* Beati *abſolutè, & quæ cadunt ſuper Perſonam; bene tamen ea, quæ cadunt ſupra mores & opinionem, cum Proteſtatione in principio, quòd ijs nulla adſit autoritas ab Eccleſia Romana, ſed fides tantùm ſit penes Autorem.*

Huic Decreto, ejuſq; Confirmationi & Declarationi obſervantiâ & reverentiâ, quâ par eſt obſequor, ac profiteor, me haud alio ſenſu, quidquid in hoc Libro refero, accipere, aut accipi ab ullo velle, quàm quo ea ſolent, quæ humanâ duntaxat autoritate, non autem Divinâ Catholicæ Romanæ Eccleſiæ, aut Sanctæ Sedis Apoſtolicæ nituntur.

Wenceslaus Schwertfer.

FACULTAS R. P. PROVINCIALIS
BOHEMIÆ SOCIETATIS JESU.

EGo Simon Schürer Societatis JESU, per Provinciam Bohemiæ Præpoſitus Provincialis; poteſtate mihi factâ à Patre Noſtro Joanne Oliva Præpoſito Generali, facultatem concedo, ut Liber de Vita & Virtutibus R. P. MARTINI STREDONII, à Patre Wenceslao Schwertfer, ejuſdem Societatis Sacerdote conſcriptus, & à Patribus ad id deputatis lectus, probatúſque typis mandetur. Cujus rei fidem meâ manu & officij ſigillo facio. Pragæ in Collegio Academico ad S. Clementem, 12. Octob: Anno 1672.

Simon Schürer.